

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthviani, Natione Bavari,  
Opvscvla Spiritvalia**

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

Orationibvs Variis, Et Ignitis aspirationum iaculis ad Deum, Deiparam  
Virginem Mariam, cæterosq[ue] Sanctos - exercitijs item diuersis, tum  
maximè Paßionis Dominicæ, eiusq[ue] matris, refertißimus

**Landsberg, Johannes Justus**

**Coloniae Agrippinae, 1630**

Pro mansuetudine, humilitate, patientia & sui cognitione, Precatio IV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45928](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-45928)

IOAN. LANS. CARTHVS.

dem sub cuius te esse potestate arbitrabantur es remissus. Quo pergens, inter opprobria & calumnias atq; clamores, per chitatis medium ducbaris. Vbi cum Herode te videre atq; audire gestienti, neq; responderes, neq; illum miraculum ostenderes, ab ipso omni ex exercitu eius spretus es, calumniatus es, in alba veste illusus es, è regia aula electus es, & Pilato non aliter atq; fatus remissus es.

Luc 22.

Ioan. 18.

Hei bone Iesu, quām ignominiosissime tum ducbaris, quām violenter impellebaris, quām probrosē subsannabar. Vbiq; spectaculum & opprobrium, abiectio, fabula, & ludibrium factus eras toto populo, atq; etiā pueris & ceteris vilibus personis accurentibus, & tanquam insanum te irridentibus.

*Pro mansuetudine, humilitate, patientia & sui cognitione, Preceatio, IV.*

**P**ro quibus singulis & vniuersis ex intimis affectibus meis, nec non & omnium cœlestium & terrestrium, & specialiter per amorum cor virginez matris tuz laudo, benedico, adoro te & gratias ago tibi, obsecrans te per teipsum, dulcissime amor meus bone Iesu, ut per omnia ineffabilia illa cruciamenta & ludibria atq; iniurias, quibus per totam noctem mitissimus & innocentissimus agnus fatigatus es, semper & vbiq; mihi des tuam strenuè imitari mansuetudinem, humilitatem & patientiam, idq; in veritate: vbiq; cordis mei velamen tollas, & ignorantie nebras pellas, atq; illud illumines veraci cognitione meipius, propriq; iniquitatis, vilitatis & nihileitatis meæ: ut sic ipsam rei veritatem cernens, cum perfecto odio & sancta displicentia meipius, toto corde me despiceam, omni homini me subiiciam, cunctos mihi præferam, & præferri cupiam, de mei contéptu ex corde gaudem, contemptores me sincere & ex animo diligam. Amem ipse r̄sciri, torus vivis & nequaquam humili estimari, despctusq; haberi. Amem te dulcis Iesu toto corde, desiderem te ab omnibus cognosci, diligi & honorari.

Et vt in me magis hæc fiant, dulcem tui cognitionis faciem, omnis perfectionis speculum mihi reuela, ac semper oculis meis prætende, ut in eo meas innumeræ deprehendam maculas, tuumq; erga nos tam immensum & eximium amorem atq; superabundantem & infinitam bonitatem: sicutq; indies in me crescant & profundissima humilitas simul, & perfectissima charitas.

Da etiam mihi dulcissime Iesu spiritum veri consilij semper obedientissime sequi, ut nunquam praxis hostium meorum consentiant nec capiar instinctibus, atq; ut nunquam ex ore meo quippiam exeat, quo nomen tuum sanctum in honoretur. Da insuper, ut nunquam agam, quo facies & imago diuinitatis tua: anima meæ impressa, defecari possit, quo euadere quæam horribilem illam sententiam: Reus est mortis æternæ, Amen.

*Actio gratiarum pro Iesu post sui comparationem cum pessimo Latrone, ignominiosa nudatione, crudelissima ligatione, minanissima & dolorosissima flagellatione, dilaceratione, sanguinis effusione & concalcatione.*

C A P V T V.

**A**eternæ gloriæ splendor Iesu elegantissime, & præ filijs hominum spaciose, animæ meæ elektissime spouse, quancum teipsum abiecisti propter nos, quando flagitioso latroni nedum comparari à Præside; sed etiam ab electa plebe tua postponi, nequior & vita indignior estimari dignatus es. O piissime Iesu, quam benigne etiam nobis, & quam rigidus atq; durus es tibi propter nos, quippe

Pla 44.

Mat 25.  
LUC. 23.

